

Aduertencias para

quam omnium, & singulorum aliorum etiam Mendicantium, ac Monachorum Ordinum, & illorum singulis per Sedem Apostolicam vel alias quomodolibet, tam in genere, quam in specie, concessis, & concedendis, vt libere & licite vti, potiri, & gaudere possint, & valeant. Hoc Oraculum habetur authenticum in Conuentu Sancti Dominici de Mexico, & in Conuentu Sancti Augustini.

¶ Pater Magister à Veracruce aduertit circa hæc, qd virtute huius concessionis habent Religiosi in ista gubernatione vt in qualibet Missa, quam quis facit celebrare, vna anima extrahatur de Purgatorio, in quocūq; Conuentu Mendicantium celebretur. Quæ indulgentia est cōcessa Hospitali seu Collegio Puerorum, quod est institutum in Ciuitate Mexicana propè Cenobium nostrum Sancti Francisci. Et qd omnes aliæ Indulgentiæ ibi cōcessæ, sunt etiam cōcessæ, & communicatæ Religiosis Mendicantibus: ac si ipsis expressè esset datum priuilegium. Deinde dicit, qd etiam virtute huius concessionis, omnes qui confitentur generaliter alicui ex Mendicantibus idoneo Confessori, consequuntur plenariam Indulgentiam suorum peccatorum.

Quod